



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Arnoldi Corvini à Belderent J. U. D. Jus Canonicum, Per
Aphorismos Strictim Explicatum**

Corvinus van Beldern, Arnold

Amstelodami, 1663

Ordine cognitionum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10591

Pietas suadet, si sint causæ debilium & miserabilium personarum, arg. c. *uinam.* 9. *dist.* 76. c. *nunquam.* 33. *dist.* 5. de *consecrat.* *Hostiens.* in *sum.* *hoc tit.* *num.* 4. *Kling:* ad c. 1. *num.* 4. *hic.* si de alimentis futuris officio judicis debitibus, *Ias.* ad. l. 1. §. sed *exciuntur.* *num.* 7. ff. *hic.* cau-
sa spirituali, agatur, *Innoc.* in c. *ult.* *num.* 2. *hic.* de causa matrimoniali Iudex ex officio statuat. *Hostiens.* in d. *Summ.* *num.* *ult.*

Necessitas suadet; si res, vel actio, tempore vel morte sit peritura. c. *fin.* §. *verum.* cum seq. de *ju-*
dice.

Feriis sacris & repentinis partes renunciare non pos-
sunt: c. *fin.* *hic.* possunt profanis seu necessariis. d. c. *fin.*
c. *licet.* 3. *hic.* & c. *si diligenti.* 12. *de foro compet.*

Tacitè id fecisse intelliguntur partes, quibus præsentibus & scientibus, nec contradicentibus, Iudex diem, quam feriatam esse scit, assignat. c. *quod ad consultationem.* 15. *de re judic.*

His feriis, si non renunciatum, quod actum, non subsi-
stit. d. c. *fin.* *hic.* d. c. *si diligenti.* 12.

Computantur feriae sacræ vel de vespere in vesperam, c. 1. & 2. *hic.* vel potius secundum earum qualitatem, & regionum diversarum consuetudinem; d. c. 2. *hic.* Profanæ & repentinae à media nocte in mediam noctem. *We-*
semb. in *com.* C. *hoc tit.* *num.* 25.

De ordine cognitionum.

T I T. XVII.

Sequitur de ordine cognitionum; quia interdum accidit, ut aliqua cognitio differatur, donec altera terminetur.

Ordo judiciorum, seu cognitionum, est dispositio, quâ unum judicium alteri judicio anteponitur.

Spectatur istum, cum plures actiones in judicium ve-
niunt.

Quod

TIT. XVII. DE ORDINE COGNIT. 179

Quod fit, cùm mutuis petitionibus auctor & reus se impediunt : & tum eæ aut sunt *principales*; aut *una est principalis*, *altera incidens*.

Si utraque principalis & civilis; priùs proposita, priùs est tractanda, unâ tamen sententiâ ambæ terminandæ modo se non contingant. c. 2. hic.

Si sunt criminales; major minori proponetur.

Si una civilis, altera criminalis; priùs criminalis tractabitur; c. 3. non est. §. civili. 3. qu. 11. Nisi civilis criminali præjudicet. c. 4. prius. §. si crimen. 3. qu. 11.

Si ambæ actiones non sunt *principales*, sed *una incidit alteri*, tum *incidens*, si talis sit ut *principalis* impedit *cognitionem*, priùs terminari debet; c. tuam. 4. hic. alias priùs *principalis*. Bald. tit. de incident. Gl. 1. in c. 1. hic.

De plus petitionibus.

TIT. XVIII.

Quia plus petentis petitio aliquando differtur, ideo de plus petitionibus sequitur.

Plus quis petere dicitur quatuor modis: *Causâ, Tempore, Re, Loco.* c. un. hic.

Causâ; cùm quis electionem Adversario competentem sibi arrogat; ut, cùm id quod vel in genere, vel alternativè debetur, in specie, vel præcisè petit. d. c. un.

Tempore; cùm ante diem vel conditionem existentem, petit id quod debetur. d. c. un. in fin.

Re; cùm majorem summam vel quantitatem, quam debetur. d. c. un. vers. Re.

Loco; si eo, quo convenit solvere loco, non petit; sed alio. d. c. un. vers. Loco.

Hoc modo plus petens, tenetur quanti rei interest conuento loco non solvisse. d. c. un.

Re plus petens, in expensis adversario condemnatur. d. c. un. in princ.

Tempore plus petenti duplicantur inducæ: quibus finitis,